



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlfī Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XII. Ingenuitas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

XII. INGENUITAS.

QVi debitum sibi nexum relaxat seruitium, in futuro apud Dominum sibi retribui confidat. Igitur ego in Dei nomine ille pro remedio animæ meæ, vel æterna retributione, seruum iuris mei nomine illum ingenuum esse præcipio, & in sacrosancta Ecclesia beatissimi sancti illius, sub præsentia sacerdotum ibidem consistentium, ante cornu altaris ab omni vinculo seruitutis eū absoluo, ita vt deinceps, tanquam si ab ingenuis parentibus fuisset natus, vel procreatus, eat, pergat partem quam maluerit, & sicut alij ciues Romani vitam ducat ingenuam. Et si aliqua procreatio filiorum vel filiarum ex ipso orta fuerit, similiter viuat ingenua, & nulli heredum meorum, nec cuicumque alij personæ quicquam debeat ser-

uitutis, nec libertinitatis obsequiū,
nisi soli Deo cui omnia subiecta
sunt, vel pro cuius amore ipsum de-
uotus obtuli : patrociniū & de-
fensionem cuiuscumque se elegerit,
in omnibus illius perfruatur arbi-
trio. Si quis vero quod futurum esse
non credo, si fuerit aliquis ex here-
dibus meis, vel quælibet persona,
quæ contra hanc ingenuitatem ve-
nire, aut eam refragare præsumpse-
rit, illud quod repetit non vindicet,
& insuper contra cui litem intulerit
sol. lx. componat, & præsens inge-
nuitas meis, vel bonorum hominū
manibus roborata cum stipulatio-
ne subnixa, omnique tempore ma-
neat inconuulsa.

XIII. C A V T I O.

Magnifico fratri illi, ego ille.
Ad meam petitionem vestra
decreuit voluntas, vt mihi benefi-